

Misc. 6^m

cat. 1, 63.

26.

RECTOR
ACADEMIAE VITEBERGENSIS
GEORGIVS AVGVSTVS
LANGGVTH

PHILOSOPH. ET MEDIC. D. PATHOLOG. ET
CHIRVRG. P. P. ORDINARIUS FACVLTAT
MEDICAE SENIOR

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D



R D C T O R
ACADEMIAE ALTEBREGENSIS
GEOGRAPHIA AUGUSTA
LANGEATH
PHYSIOGRAPHIA MEDICA ET PATHOLOGICA
CHIRURGICA ET ORNITHOLOGICA
MEDICAE SENIOR
CIVILIS AGENDAMIGIS

S P D



MORS ACERBA
IESV IN VITAM REDIT V
IVCVNDA

Vim natura fugit mortis, et abdita
Caligo tumuli terribili metu
Mortales cumulat, cum celeres ruunt
Morbi, funeris indices

Haud molles stimulos optimus addidit
Vitae rex hominum, quaeque pericula
Prudentes fugere, et corporis integros
Artus robore cingere

Auras Attalicis conditionibus
Vitales emeret, parcere qui solet
Numo, nata Erebo nocteque lurida
Si non munera sperneret

Non fratrem redimit frater ab inferis,
Letum poscit opes heu nimis inuidas.
Iro non melior Maeonius fugit
Rex sub claustra silentia

Haeres diuitias , laetitia furens,
Iniuistas rapit, et deside difflit
Luxu , continuis parta laboribus
Mox perdit patrimonia

Iudex ad solium grande vocat suum
Manes, quos cruciant insatiabiles
Curae, conscia mens flagiti pauet,
Et iam tartara prospicit

Hic auri cupidus carpitur ignibus
Aeternis, et inops imbre genas rigat,
Qui spreuit lacrymas duritie fera,
Ac tristes querimonias

Tantum virus habet saeva necessitas
Admissi sceleris, fellis acerbior
Succo, ni miserae gratia dulcior
Genti suppetias ferat

Fastus uerba quidem sesquipedalia
Audax uoce refert omnia perpeti,
Sic ingrata fugit mortis acerbitas,
Agagusque nihil tremit

Sin

Sin possent retegi corda tyrrannica,
Ictus inhumeri uulnera cerneret,
Quae plaga repetit uita nefaria
Alta nec medicabili

Nam corpus lacerant uerbera faucium,
Sed pectus lacerant foeda piacula,
Contractam stolido consilio premit
Culpam poena grauis comes

Has prauis furias deliciis diu
Obtundit variis, hoc uehementior
Ultrix taeda ferit, cum subit ultima
Ac sensus hebetat dies

Quis tunc ignis edax uiscera deuoret,
Effusis trepidus questibus indicat,
Qui Gargettia dux restituit procax
Mollis dicta libidinis *)

Omnis, moestus ait, non sapientia
Soluit corde metum, perpetuae manet
Noctis tristitia, et pessima fors cadit
Naturae insuperabilis

Tantas o utinam sollicitudines
Sit fas ex animo tollere funditus.
Iam non sum, quoties, non fore denique
Me totum, reputo gemens

Feli-

*) La Mettrie abregé des Systemes, §. 8.

Felices, solidis viribus editos,
Nos Christi socios, quos redditus ducis
In vitam recreat, palmaque nobilis
Curis liberat omnibus

Vis leti in nihilum non redigit pios,
Cum coeli spatiis parua mapalia
Mutant, ac ueniunt in patrium solum
Victis casibus, exules

Non terrent trepidos criminā pristinae
Vitae, non rigidum judicium mouet,
Confisos meritis uindicis, e suo
Qui prodit tumulo decens

Vas si terrifici uincula proiicit
Antri, si nitidis fertur honoribus,
Nil suspensa gerit pectora debitor,
Ac laetis animis ouat

Peruersi generis qui subiit vicem,
Aerumnisque suis nomina sustulit
E cunctis tabulis, hic male pertinax
Mortis nunc lacerat iugum

Donis perfruitur fine parentibus,
Et corpus decorat fidereum iubar,
Caecatos radiis uulnera milites
Vertunt in properam fugam

At nos alliciunt, et querulos leuant
Luctus, heu uenia maius erit nefas,
Blandis alloquis, ictibus his truci
Factum iustitiae satis

Cur nos terrificet, qui uocat undique
Collectos populos, aethereus thronus.
Vibices placidis uocibus arbitri
Clamat, parce, precor, reis

Sed bustum pauidus fles miserabile,
Includens cineres urna tremoribus
Compleat, teque necat continuus sopor,
Aeternumque uale, uale

Has fundit lacrymas, hos gemitus cohors,
Abiectis animis, infacia gentium.
Firmat praesidiis nos melioribus
Iesu laurea fulgida

Finit dura quies, euigilabimus,
Cum postrema canet buccina classicum,
Et uox diui hominis, surgite mortui,
Terrae concutiet solum

Ceu sol luce noua puniceus redit,
Tellus uere nouo floribus enitet,
Mulcens ossa nouat marcida spiritus,
Et uiuus religat uigor

Reddun-

Redduntur capiti lumina uiuida,
Succedunt capiti membra uigentia,
Mesis primicias insequitur ferax,
Et plausu resonant poli

Salve, chara mihi, mors bona, languidis
Dono fixa Dei meta laboribus,
Dux optata domos ad superas, ueni,
Ac dulci requie bea

Talis religio munera postulat,
Mystis danda probis, qui geminant Io,
Victoremque colunt, exuviis feri
Vmbrarum domini inclitum

P. P. Feris Paschalibus 1573 cc 61 c10.

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

ACADEMIAE A TYPIS

Redgenu

Th. 780

ULB Halle

3

002 500 698




56,

KD 17

D

w. C.



26.

R E C T O R
ACADEMIAE VITEBERGENSIS
**GEORGIVS AVGVSTVS
LANGGVTH**

PHILOSOPH. ET MEDIC. D. PATHOLOG. ET
CHIRVRG. P. P. ORDINARIUS FACVLTAT
MEDICAES SENIOR

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D